Sanctæ Catharinæ Virgi-
nis et Martyris. Dieiusdi-
licet Vigesima Sexta Mensis
Novembris Anno Domi-
ni. Millesimo Septingen-
tesimo Trigesimo Quinto.

Adeandq Relationem Illmi Rmi Eccl-
mi et Rndmi Dni in Christo Patris
Domini Supmi Cancellarij Regni.

Roborant Contractum
Magnifici Poniatowscy
Conjuges Palatini Maso-
vid ex una et Illres et
Mfici Principes Wisniowici-
cy Conjuges Palatini Vilnen
Augustus

Augustus Tertius Dei Gratia &c
Significamus &c Quod coram Actis
p[rae]sen[tibus] p[rae]sen[tium] metricos Regni Cancel-
laria N[ost]ra majoris comparentes Per-
sonaliter Nobi Stanislaus Costka
Poniatowski Palatinus Masovie
Lublinen[sis] Stryien[sis] &c Capitaneus et
Constantia Principissa Czartoryska
Legitimi Conjuges: exuna, et Illres
et Nobi Michäel Servacius Kory-
buth Princeps Wisniowiecki Pala-
tinus Vilnen[sis] Supremus Dux Exer-
citus M.D.L. Et Liniancen[sis] Tuchol[ien]
Wilkovisc[en]. Villijscen[sis], Villovien.
Karniscen[sis] &c Capnous et Tecla
Ducissa De Radziwill Conjuges
Legitimi partibus ex altera. Ma-
riti quidem pro se Uxoreo vero in
assistentia Maritorum suorum agen
tes, sanimentibus et corporibus existen-
tes. Recedendo a Foro Terris et
Jurisdictionibus suis quibuscuis
propriis Huic autem Jurisdictioni
N[ost]ra Regiae quo ad infrascr[ipta] recog-
noscenda attinet sese subjicien-
do et incorporando palam libere
ac benevole recognoverunt Et quisq[ue]
illorum suo pro interesse recognovit.
Quia ipsi Contractum certum inter-
se recognoscen[tes] hic Varsaviae Die Vi-
gesima Prima Men[sis] et Anni Curren-
tis initum et Conclusum manibus
sui Recognoscentium et Amicorum

Subscriptum

Subscriptum,
spanica exp
bus vallatum
Clausulis, Ar
gamentis in
tum ad p[rae]sen
vero ad Con
firmarunt e
p[rae]sen[tium] quam
bant confirm
in omnibus e
satisfacere v
per omnibus
bilibus Insc
subscriptis
vertione taxa
tenenti, in C
ter succumbe
Terrestribus
completa Se
eorum citatu
Terrestri vel
sive Majori
eorum compe
ptorie prosci
tionibus et S
abbrenuntian
debunt, Hace
p[rae]missa media
manibus pr
et Princeps W
Lit. Exer: Dux. L
wodzina Wilen

subscriptum, sigillisq; Gentilitiis in cera rubra Hi-
spanica expressis firmatum ac Damnis Terrestri-
bus vallatum, in omnibus ejusq; Contractus Punctis
Clausulis, Articulis, Conditionibus Nexibus et Li-
gamentis in eodem expressis Contractum Præsen-
tem ad Præsentem Inscriptionem, Inscriptionem
vero ad Contractum referendo approbarunt, con-
firmarunt et ratificarunt, prout quidem per
Præsentem suam ad Acta hac comparitionem appro-
bant confirmant et ratificant. Eidemq; Contractui
in omnibus et singulis stare parere ac plenarie
satisfacere seseq; cum Successoribus suis in et su-
per omnibus Bonis suis mobilibus seu immo-
bilibus Inscribunt Obligant et assecurant. Idq;
subsecutivis Damnis Terrestribus simplici As-
sertione taxandis, Per Partem Parti Contractum
tenenti, in Casum Contraventionis irremissibili-
ter succumbendis. Proquibus quidem Damnis
Terrestribus Reg ipsa Principali in aliquo non
completa sed tamen completenda Citati seu aliquis
eorum citatus existens, coram Officio et Judicio
Terrestri vel castrens aut Tribunalitio Regni
sive Majoris sive Minoris Provinciæ Bonis
eorum competent non autem in M D Le perem-
ptorie præcisis omnibus Dilationibus Protella-
tionibus et Beneficiis Juris, quibus Præsentibus
abrenuntiant, suis cum Successoribus respon-
debunt, Hac eorum Personali Recognitione ad
præmissa mediante. Pro majori vero firmitate
manibus propriis seseq; subscripserunt, Micha-
el Princeps Wisniowiecki Pala: Vilnen Sup: M D
Le Exer: Dux. Telula Xiężna Wisniowiecka Woje-
wodzina Wileńska y HWWxLitt. Stanislaus

Sotela

Cziteli Poniatowski Palatinus Masovid. Kon-
stancia z Czartoryskich Poniatowska W.W. Juan
ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sicut præmi-
sum factam et recognitam nos firmam ac de Ju-
re validam haberi volen candem ad Acta præsen
Metricos Regni suscipi Inscribi et exinde fideliter
descram Parti Postulanti Authentice Extradi per-
misimus. In quorum fidem &c Actum ut sup

Donant Palatium suum Varsa-
vid sitt Infci Poniatowscy Conju-
ges Palatini Masovid Illustribus et Ma-
gnificis Principibus Wisniowic claim
Conjugibus Palatinis Vilnen.

Augustus Tertius &c
Significamus &c Quod coram Actis præsen Metricos
Regni Cancellaria Nra Majoris comparentes
Personaliter Infci Stanislaus Cziteli Poniato-
wski Palatinus Masovid Lublinen Strijen &c
Capitaneus et Constantia Principissa Czartory-
ska Conjuges Legitimi Maritus quidem per
se, Uxor vero in Assistentia Mariti sui agens
sani mentibus et Corporibus Existen recedendo
a Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibus
vis propriis huic autem Jurisdictioni Nra Re-
gia quo ad infrascra recognoscen attinet se se
Subjicien et incorperan palam Libere ac benevo-
le recognoverunt et quisq illorum suo pro inte-
resse recognovit. Quia ipsi Illustribus et Infcis Mi-
chaeli Servatio Korybuth Principi Wisniowic-
cii et Teclæ Principissæ de Radziwiłły Palati-
nis Vilnensibus Supremis Ducibus Exercitu-
um M.D.L. Jlinianen Tucholen Villaovien
Willicyscen Willaowscen Kiernicen &c Capi-
tancis

tancis

tancis Conjugibus Corum̃ legitimis Succeſso=
ribus jam etnunc et de facto Palatium suum
Hæreditarium muratum hic Varsaviæ pe=
nes Palatium Mſci Josephi Potocki Palati=
ni Kijovien Supremi Ducis Exercitus Regni
ex Opposito vero Palatij et Horti Mſci Domini
Josephi Vandalini de magna Konczyce Mni=
szech Supremi Marschalcii Regni in Subur=
bio Cracovien Sitt, a Jnõsis Severino Pocilla=
tore et Venceslao Notario Campestri Regni
Rzewuskie Fratribus in terse Jermanis Jure
Hereditario acquisitum cum omni et integro
Jure suo Dominio Proprietate Propinqui=
tate Titulo Hereditario, ac omnibus ejus
Palatij Utilitatibus usibus fructibus Pro=
ventibus Commodis et Obventionibus Fundo
Hereditario Ædificiis Stabulis, Culinis Structu=
ris Parvis et magnis Clarijs Pomario, cunctis
Odenig attinen et Pertinentiis ad id Palatium
ex antiquo Spectan nihil sibi suisq Succes=
soribus quidquam Juris aut cujusvis Pre=
textus ad hocce Palatium reservando aut
modo quovis excipiendo sed ita late longe cir=
cumferentialiterq prout in suis metis et Limi=
tibus extat et extenditur cum parata Evictio=
ne ac quibusvis Submissionibus authenti=
cis et manualibus respectu Ejusq Palatij
ab iisq Jnõsis Pocillatore et Notario Campe=
stri Regni Rzewuskie Fratribus, sibi Reco=
gnoscentibus inscriptis et servientibus Dant
Donant, conferunt, inscribunt, et resignant
pura, mera, et irrevocabili Donatione perpe=
tuo et in æuum. Jntromissionemq ipsis in Præ=
missum Palatium ejusdem Resignatum per
Ministerialem Regni Jnãtem et Nobiles duos

quosvis

quosvis facilius pro Tempore conducendos Offi=
cios acceptandam. Libere dant, et de facto admit=
tunt Evictionem exre et Persona sui suorumq
Successorum juxta Obloquentiam Contractus re=
spectu Ejusd Palatij initi super Bonis suis
omnibus Licin Regno existentibus inscribunt,
Idq sub Damnis Terrestribus simplici verbo
absq Juramento Corporali taxandis et dicendis
in casu alicujus exorti Impedimenti et non facte
tuitionis et Evictionis ad solvendum irrecusibi=
liter Succumbendis. Pro quibus quidem Damnis
Terrestribus ac reipsa Principali citati existentes
memorati Mssi Recognoscentes sive eorum hue=
cros ad quodvis Judicium Terrestre vel Offici=
um Castrense ac Judicium Tribunalitium Re=
gni majoris vel minoris Provincie ex Bonis
Recognoscentium competenti Jurisdictioni Subje=
ctis p: Rocessu superavero mediante? illo coram Judi=
cio Tribunalitio Regni aut Terrestri sive Castrens
Officio suis cum Succoribus tenebuntur Sem=
per in Primo Juris Citationisq Termino tanqm
peremptorio stare, Juri parere, respondere, com=
parendoq Damna p dicta Terrestria succubita
solvere, quibus solutis, Nihilominus Inscriptio=
ni sud Donatarid in toto satisfaecre ac omne
Judicatum de Jure non exeundo, pati absq omni
Dilatione, Defensione, Exceptione, Prascriptio=
ne, Protestatione, Evasione, Evocatione, Motione
et Appellatione eorumq modo quovis seu per
Additationes quasvis Prosecutione: hac sua Per=
sonali Recognitione ad pmissa Libere ac benevo=
le accedente. Pro majori vero firmitate mani=
bus propriis Idem Mssi Recognoscentes sese
subscripserunt Stanislaus Cto Teli Poniatowski
Palatinus Masovid. Konstancia z Czartoryskich
Poniatowska

Poniatowska W.M. Quam Inscriptionem Do=
nationem sic ut prmissum factam ac de jure
validam haberi volen eandem ad Acta pzen
suscipi Inscribi etcx ijsq fideliter descriptam
Parti Postulanti Authentica Extradi permisi=
mus. In cujus Rei fidem pzen Rie Autumut sup

Roborant Contractum Mfci Prin=
cipes Wisniowiccy Conjuges Pala=
tini Vilnenses ex una et Mfci Ponia=
towscy Conjuges Palatini Masovie
Parte ex altera.

Augustus Tertius &c
Significamus &c Quod coram Actis pzentibus
Metricos Regni Cancellaria Nra Majoris com=
parentes personaliter Illos et Mfci Michäel
Servatius Korybut Princeps Wisniowiecki Pala=
tinus Vilnen Supremus Dux Exercitus M D L
Slucianen Wiłkowiscen Wiłkijiscen Willowscen
Kirsnicen &c Capitaneus et Tecla Principissa de
Radziwiłły Conjuges Legitimi ex Una et Mfci
Stanislaus Kotela Poniatowski Palatinus Maso=
vie Lublinen Strijen &c Capñeus et Constantia
Principissa de Czartoryskie Conjuges Legitimi
Partibus ex altera. Mariti quidem perse, Uxores
vero in Assistentia Maritorum suorum agentes
Sani mentibus et Corporibus existen recedendo
a Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibus=
vis propriis huic autem Jurisdictioni Nrae Re=
gid quo ad infrascra recognoscen attinet sese
subijcien et incorporando Palam libere ac bene=
vole recognoverunt et quisq illorum suo pro
Interesse recognovit. Quia Ipsi Contractum
Certum ratione Arendæ Bonorum Capitanea=

tus

tus Tuchoslen in Prussia interse Recognoscen
sic Varsaviæ Die hoderna in Actu contenta
factum et Jnitum Manibus sui Recognoscen
et Amici Subscriptum Sigillisq sui Recogno=
scen pentilitiis in cera rubra Hispanica expres=
sis. Sigillatum ac Vadio septem Millium Au=
reorum Hungaricalium Vallatum in omnibus
ejusq Contractus Punctis, Clausulis, Articulis,
Conditionibus, nexibus et Ligamentis in eodem
expressis Contractum pfatum ac psen Jnseri=
ptionem, Jnscriptionem vero ad Contractum re=
ferendo approbarunt, confirmarunt, et Ratifi=
carunt prout quidem per psentem suam ad
Acta hæc Comparitionem approbant confirmant
et ratificant. Eidemq Contractui in omnibus et sin=
gulis stare, parere et plenarie satisfacere sese
cum Successoribus suis in et super omnibus Bo=
nis suis mobilibus et Jmmobilibus, Jnscribunt
obligant et assecurant, idq sub scorsivo Vadio
Septem Millium Aureorum Hungaricalium
per Partem Parti Contractum tenend in Casum Con=
travention is et non prdutitæ Satisfactionis ir=
remissibiliter Succumbendo. Proquo quidem Va=
dio reg ipsa Principali in aliquo non completa
sed tamen complenda citati Recognoscen aut ali=
quis eorum citatus existens Coram Judicio et Offi=
cio Terrestri vel Castren aut Tribunalitio Regni
sive Majoris sive Minoris Provinciæ Bohis
eorum competen non autem in Magno Ducatu
Lthuaniæ peremptorie prædictis Omnibus Dilatio=
nibus Protellationibus Diffugiis et Beneficiis Ju=
ris, quibus psentibus abrenunciant, Suis cum Suc=
cessoribus Respondebunt. Hæcenus Personali Reco=
gnitione ad Jnissa mediante. Pro majori firmitate
Manibus propriis se Subscripserunt. Michaël
Princeps Wisniowiecki Palat: Viln: Sup: M D L
Exercit Dux, Telastizna Wisniowiecka Wojewo=

Dzina

Dzina Wileńska y Hetmanowa WWX Litt. Sta-
nislaus Cotelb Poniatowski Palatinus Masovid
Konstancya z Carlorysich Poniatowska WXM.
Quam Ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut
prius facta et Recognitam nos firmam ac
de jure validam habere volen eandem ad Acta
psentia metrices Regni suscipi Inscribi et ex ips
fideliter descriam Parti Postulanti Authentice Ex-
tradi permisimus. Inquorum Fidem &c Actum
ut sup.

Abrenunciat Advitalitati super &c
Officinam in Palatio Varsavid sitt
Illrium et mfcorum Wisniowiecdich
Palatinorum Vilnen Conjugum Fno-
sus Migczyński Castellanus Chetmen.
Augustus Tertius &c

Significamus &c Quod coram Actis psen Metrices Rni
Cancellarid Nrd Majoris comparens personaliter
Fnosus Petrus Migczyński Castellanus Chelmens
& sanus mente et corpore Exists recedendo a Foro
Terris et Jurisdictionibus suis, Quibusq proprijs
huic autem Jurisdictioni Nrd Regid quo ad infra-
scra recognoscend attinet seve subjiciendo et incor-
perand Palam Libere ac benewole recognovit et pre-
send recognoscit. Quia ipse ab Advitalitate sibi
Recognoscenti scripto certo a Generosis Severino
Pobellatore et Venceslao mbderno Notario Campe-
stri Regni Rzewuskie Fratribus intense Jerma-
nis super certam Officinam in Palatio quondam
cerum proprio et Hereditario hic Varsavid
sitt ex post mfcis Poniatowskim Palatinis Ma-
sovid Conjugibus per eosq Fnosos Rzewuskie donato
ad psens vero Illrium et mfcorum Michaelis Princi-
pis Wisniowiecki Palatini Vilnen Supremi Du-
cis Exercitus MDLd et Feudd Principis sd de Ra-

Dziwitty

Dziewitty Conjugum legitimorum Vigore Donationis
Ejusq Palatij coram Actis p[rae]sent Metricos Regni
sub Actu hodierno per p[rae]dictos Nros Poniato=
wscie Palatinos Nasovid facta et Recognita
proprio, Data et Servienti recedit et eid abrenun=
ciat ac Scriptum memoratum cassat et Annihilat
nihil Sibi Successoribusq Suis Juris pretextus
ac pretensionis ad p[rae]dictam Officinam cuncta
adificia in Prædicto Palatio hic Varsavid sit re=
servando et p[rae]stodiend hac ipsius Personali
recognitione ad p[rae]missa mediante Quam pro Majo=
ri firmitate manu p[rop]ria subscripsit. L. Nigalyn=
ski C.C. Quam Ejusmodi Inscriptionem Abrenuncia=
toriam sic ut p[rae]missum factam et recognitam Nos
firmam ac de Jure validam haberi volen Eandem
ad Acta p[rae]sent suscipi Inscribi et ex iisd fideliter
Descriptam Parti Postulanti Authentice Extradi
permisimus In quorum Fidem &c Actum ut sup

Actum Varsavid Feria Secun=
da ante Festum Sancti Andreæ
Apostoli proxima Die scilicet Vige=
sima Octava Mensis Novembris
Anno Domini Millesimo Septin=
gentesimo Trigesimo Quinto, Re=
gni Nostri Anno Tertio.

Ad eand Relationem Illmi Excelmi
et Rndmi Supremi Cancellarij Regni.

Relatio Ministerialis Regni Na=
lis Intromissionis datæ Juribus
et Inscis Principibus Wisniowiecion
Palatinis Vilnen in Palatium
hic Varsavid Sitt
Augustus Tertius &c

Significamus

Significamus de Quod veniens personaliter ad Acta
Off.lis Metrices Regni Cancellariæ Nræ majoris No-
bilis Antonius Grzeczyński Ministerialis Regni
Fratis Authenticus et juratus in Dim vorkæ fi-
delis Relationis sua patam libere ac benevole reco-
gnovit. Quia ipse ad Officiosam Requisitionem Il-
lrium et Magnificorum Michaelis Servatij Korybut
Principis Wisniowieckii Palatini Vilnen Supremi
Ducis Exercitus M.D.L. Finlandiæ Tuchol. Willo-
vien Wilkyscen Wilkomirscen Kiarsnicen &c Capitanei
et Fecla Principissæ de Radziwiłły Conjugum Legitimo-
rum habitis secum Majoris Testimonij Fratia Duo-
bus nobilibus videlicet Josis Michaele Grotkowski
Subdapifero Grodnen et Stanislao Wierzbicki Roth-
magistro Districtus Slonimensis Præterito Dicta-
thi videlicet Vigesima Sexta Mensis Novembris
Anni Curren ad Palatium muratum sic Varsaviæ
in Suburbio Cracovien pene Palatium Magnifici
Josephi Potocki Palatini Kijovien Supremi Ducis Exer-
citus Regni ex Opposito vero Palatij et Horti Ma-
gnifici Josephi Candalini de Magna Konczyce
Mniszech Supremi Mareschalci Regni Sit, ad Illos
vero eorund Illrium et Mforum Principum Wisnio-
wieckich Conjugum Legitimorum Palatinorum Vil-
nen proprium et Hæreditarium condescendit, ibidq
Vigore Donationis ejusq Palatij per Magnificos
Stanislaum Sidek Poniatowski Palatinum Maso-
vie Lublinen Strijen &c Capitaneum et Constan-
tiam Principissam de Czartoryskie Conjuges Legi-
timos coram Actis Præsentibus Metricos Regni
Sabbatho in Crastino Festi Sanctæ Catharinæ Virg:
ginis et Martyris Die scilicet Vigesima Sexta Men-
sis Novembris Anno Dñi Millesimo Septin-
gentesimo Trigesimo Quinto Sæpedictis Illribus
et Mfcis Michaele Servatio Korybut Principi Wisnio
wieckii Palatino Vilnen Supremo Duci Exercitus M.D.L.

et Fecla

et Tecla Principissa de Radziwilly Conjugibus Legiti-
mis facta et Recognita observatis omnibus Juris
Solennitatibus circa Ejusmodi Actus fieri solitis pre-
missaq omnium jus et interesse aliquod ad Prmissum
Palatium sicut prmissum donatum habentium
ter et ultra solitam Juris formam quater voce sua
Sonorosa et praeonica acclamatione Intromissionem
Realem et Actualem iisdq Tributis et Mensis Mi-
chaeli Servatio Korybut Principi Wisniowiecki Pa-
latino Vilnen Supremo Duci Exercitus M.D.L. et
Tecla Principissa de Radziwilly Conjugibus Legi-
timis in Prfatum Palatium et Fundum Pomarium
Aedificia, Stabula, Culinas, Olaria, Structuras, Par-
tes, et magnas, cunctasq attinentias et Pertinen-
tias ad hoc Palatium ab Antiquo spectan nemi-
ne impugnante neq contradicente dedit et rite con-
tulit. Hac ipsius Personali Recognitione ad prae-
missa mediante. Quam Ejusmodi Ministerialis
Regni Fratis Relationem nos firmam ac de jure
validam haberi volen, canq ad Acta Prsen suscipi,
Inscribi, et ex iisd fideliter descriptam Parti Postu-
lanti Authentice extradi permisimus. In quorum
Fidem &c Actum ut sup

Actum Varsaviae Feria Quarta
in Vigilia Festi Immaculatae
Conceptionis B V Mariae Die
scilicet Septima Mensis Decem-
bris Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Trigesimo Quin-
to Regni Nostri Anno III.

Ad eanq Relationem Illmi Excelmi et
Rndmi in Christo Patris Dni Supremi Can-
cellarij Regni.

NF.

Roborant Religiosae Monialis Ti-

tuli

Visitationis Beata Maria Virginis Monasterij Varsavien Scripsum in rem Vñblis Sliwicki Sacerdotis Congregationis Missionis et Indorum Successorum Sliwicki

Augustus Tertius &c

Significamus &c Quod cum ad Supplicationem Religiosarum ac Dedicatarium Virginum Monialium Tituli Visitationis BMV Monasterij Varsavien sis in Suburbio Cracovien sitt, Acta publica ex Causa Monastica adire non valentium Jnõrum Andream Franciscum Cichocki Secretarium Nrũm et Actorum Metricos Regni Præfectum cum Actis Metricos Regni prosuscipienda ab ipsis infrascripta Jnscriptione misissemus et deputassemus, Jd Idem Deputatus Secretarius Noster functus Officio tale Deputationis sua fecit Relationem. Quomodo coram eodem Deputato Secretario Nostro, Actisq; per Metricos Regni Cancellaria Nostra Majoris comparentes personaliter in Vestibulo ac Crates Ejusd Monasterij Die hodierna in Actu contenta Religiosa ac Dedicata Virgines Monialis Ludovica Elizabetha Zartorystia Priorissa Joanna Francisca Lupia Assistens, Maria Crystina Swiecichia, Catharina Elizabeth Nurkiewiczowna, Maria Constancia Leszynska Consiliarissa Conventus Varsavien sis Tituli Visitationis BM Virginis suis et totius Monasterij sui Nominibus ibi Personali assistentia Vñblis Gabrielis Baudovin Sacerdotis Congregationis Missionis Patris Spiritualis adhibe Actum assumpti agentes, Sana Mentibus et Corporibus existentes recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs Hinc autem Jurisdictioni

ctioni Nostra Regia quo ad infrascripta recognoscendi atti-
net sese subjicien et incorporando Palam libere ac
bene vole recognoverunt, et quavis illarum suo pro
interesse recognovit. Quia ipsa suo et totius Mona-
sterij sui Nomine pro Cujus Ratihabitione in forma
Juris plenissima, Cavent Scriptum Certum in rem
Publis Petri Hyacinthi Sliwicki Sacerdotis Congre-
gationis Missionis et Procuratoris Successorum, Juris-
rum olim Joannis Andreæ Sliwicki Vincentina Chet-
men et Elizabetha Conjugum legitimorum hic Var-
saviæ die hodierna in Actu contenta datum ma-
bus suarum Recognoscen subscriptum, ac Sigillo C-
jusdem Monasterij in Cera rubra Hispanica ex pre-
so firmatum, In omnibus et Singulis Ejusd Scripti
Clausulis Articulis Conditionibus et Ligamentis ap-
probarunt confirmarunt, et ratificarunt, prout quidem
per Presentem suam ad Acta hac Comparitionem ap-
probant, confirmant et ratihabent, Eidemq Scripto
in omnibus et Singulis stare, parere ac plenarie
satisfacere sese recognoscentes ac totum Monaste-
rium suum, obligant, et in omnibus Bonis Ejusd
Monasterij inscribunt et asecurant, Idq sub Damnis
Terrestribus simplici assertione taxandis, et tedicend
in Casum Contraventionis sic et eidem Scripto nonsa-
tisfactionis citatæ coram Officio et Judicio sibi
competenti peremptorie una cum Monasterio sue
respondebunt, Hac cenum personali Recognitione ad
premissa mediante. Pro majori vero firmitate manibus
propriis sese subscripserunt Sr Ludowika Elzbieta
Czartoryska Przełożona, Siostra Joanna Franciszka
Loupia Apostentka, Siostra Marya Krystyna Swię-
cicka, Siostra Katharzyna Elzbieta Nurkiewiczowna,
Siostra Marya Konstancya Leszyńska Koncyliarki
Gabriel Petrus Baudovin Sacerdos Congregationis Mis-
sionis. Quam Ejusmodi Jnosi Secretarij Deputati
Ври Relationem factam ut premissum Jnscriptionem

Roboratoria

Ejusdem Recognitionis et Monasterii
Sui in Casu Contraventionis

Roboratoriam Nrã firmam ac de jure validam ha- 210.
beri vol. ea Acta ad
is sd fideliter descriptam Parti postulanti. Authen-
tice extradi, Originale vero nemini Offerenti resti-
tui. de quo recepto Cancellariam quietavit, quie-
tata Sententias permisimus. In quorum fidem &c
Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feria Secunda
pridie Festi Sanctæ Luciæ Vir-
ginis et Martyris, Die scilicet
Duodecima Mensis Decembris
Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Trigesimo Quinto
Regni Nostri Anno IIII

Ad eand. Relationem Illmi et Excelmi
et Rndmi in Christo Patris Dñi Supre-
mi Cancellarij Regni.

Roborant Ilñus Princeps Lu- L.S.
bomirski Bohustavien Capne,
qua Tutor Ilñis a Rybinska Ka-
tinisa Culmen Virginis exu-
ria et Ilñus Poniatowski Palati-
nus Masovia Parte ex altera com-
planationem certam
Augustus Tertius &c
Significamus &c Quod coram Actis Sed. Metricos
Regni Cancellariæ Nrã Majoris comparentes per-
sonaliter Ilñus Georgius Ignatius Comes in Wisnicz
et Jarostaw, Rg. Princeps Lubomirski Bohusta-
vien Rycz[illegible]olien, Libuscen Drohoviscen &c Ca-
pitaneus Generalis Cavalleriæ Nostræ et Colo-
nellus Guardiæ Nrã in Exercitu Regni uti et
tanquam Ilñis a Barbara Rybinska Palatinis-

sa

se Celmen Virginis Avunculus et Tutor Natu-
ralis, ac pro interesse Ejus agens ex una, et Nobilis
Stanislaus in Wolczyn et Radwanice Ciołek Po-
niatowski Palatinus Masovia Lublinen Stryjensis
et Capitaneus Parte ex altera, sanimentibus et Cor-
poribus existen recedendo a Foro Terris et Juris di-
ctionibus suis quibuscvis proprijs huic autem Juris-
dictioni Nrae Regiae quo ad infrascripta Recogno-
scenda attinet Se se Subijcien et incorporan Palam
Libere ac benevole recognoverunt, et quisq illorum
suo pro Interesse recognovit. Quia ipsi Intercisam
et complanationem certam inter se Recognoscen hic
Varsaviae Die Vigesima Quarta Mensis Junij An-
no Domini 1735. factam et conclusam Manibus
sui Recognoscen subscriptam et Sigillis in Cera
Rubra Hispanica expressis firmatam In omni-
bus Ejusd Intercisa et complanationis, Punctis,
Clausulis, Articulis, Conditionibus et Ligamen-
tis in ibidem expressis, approbarunt, confirma
runt et Ratificarunt prout quidem per Ple-
nam Actam hac Comparitionem approbant confirmant
et ratificant Eidemq Intercisa et complanationi
in omnibus stare, parere, et plenarie satisfa-
cere se se cum Successoribus suis in et super o-
mnibus Bonis suis mobilibus, et immobilibus
Inscribunt, obligant et assecurant. Idq sub Damnis
Terrestribus simplici Assertione absq Juramento
Taxandis et Dicendis. Pro quibus quidem Damnis
reg ipsa Principali citati seu aliquis eorum citatq
in casum Contraventionis et non prastita Satisfa-
ctionis existens coram Officio Castrensi Varsavien
peremptorie suis cum Successoribus respondebunt
Hac personali Recognitione ad plenissa mediante.
Pro Majori vero firmitate manibus propriis se se
subscripserunt. Georgius Lubomirski Palatinus Stani-
slaus Ciołek Poniatowski Palatinus Masovia
Quam Ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam

Nos

nos firmam ac de jure validam haberi volen
eandem ad Acta ꝓsentia suscipi Inscribi et ex
iisdem fideliter descriptam Parti Postulanti
Authentice Extradi Originale vero rursus Offeren-
ti restitui / de quo recepto Cancellariam quietavit
quietatq; ꝓsentibus / permisimus. Inquorum fidem &c
Actum ut supra. Opus Transactionis &c.

Edit de Capitaneatu Plocensi
Ihōsus Dembowski Referendarius Regni in Personam Ihōsi Dem-
bowski Dapifc. Plocensi.

Augustus Tertius &c

Significamus ac Quod coram Actis ꝓsen Metricos
Cancellaria nra majoris comparens personaliter
Ihōsus Antonius Sebastianus Dembowski Referen-
darius Regni Capitaneus Noster Plocensis sa-
nus mente et corpore existens recedendo a Foro
Terris et Jurisdictionibus suis quibuscvis propriis
huic autem Jurisdictioni Nrae Regiae quo ad
infrascripta Recognoscend attinet sese cum Succes-
sibus suis subjiciendo et incorporando palam libere
ac benevole recognovit et ꝓsentibus recognoscit.
Quia ipse inhaerendo Literis Consensus Nri Regij
ad cedendum de Capitaneatu Nro Plocensi, ipsi
a nobis gratiose datis manu Nra Regia sub-
scriptis et Sigillo minori Regni communitis ad pro-
sens in suo Originali illaeso ex Libitis, Tenoris
Sequentis. Augustus Tertius Dei gratia Rex Po-
lonie, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiae
Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae,
Podlachiae, Livoniae, Smolenskiae, Severiae, Czerniechovi-
viae nec non Hereditarius Dux Saxoniae et Prin-
ceps Elector &c Significamus ꝓsen Literis Nris quo-
rum interest universis et singulis. Consensisse
Nos et permisisse consentireq et permittere pro-

so Antonio Sebestiano Dembowski Referendario Regni
ut possit et valeat de omni et Integro Jure suo Advi-
talitio, quod ipsi super Capitaneatum Plocen cum
Jurisdictione Nra Capitaneali servit et competit
cedere, Illud in Personam Jnosi Mathiæ Dembowski
Dapiferi Plocen transferre et plenarie transfun-
dere. Qua quidem Cessio Juris transfusio, postea-
quam coram Actis quibuscung Regni Authenticis fa-
cta et Recognita fuerit, Nos eam ratam et firmam
habiturè sumus, uti eam quo vio hocce Consensu
Nostro peragetur. Vigore cujus Cessionis presentis
Consensus Nostri prætatus Jnosus Mathias Dembo-
wski dictum Capneatum Plocen cum jurisdictione
atq cum Oppido Płońsk omnibusq Villis, Prædijs, Cu-
rijs, ædificiis, Structuris, Agris, Pratis, Campis, Sylvis,
Nemoribus, Fluviis, Fluminibus, Stagnis, piscinis
Molendinis, Tabernis, Subditis, eorumq laboribus
censibus Dationibus Commodis et emolumentis cun-
ctisq attinen et pertinen cò antiquitus spectantibus
nullis penitus exceptis, tenebit, habebit et posside-
bit ad extrema vitæ sue Tempora. Promittimus autem
pro nobis et Serenissimis Successoribus Nostris quod
neq Nos, neq Serenissimi Successores Nostri memoratum
Jnosum Mathiam Dembowski ab usuct pacifica Posse-
sione Dicti Capneatus Plocensis amovebimus aut
alienabimus neminiq amovendi aut alienandi potesta-
tem dabimus, sed salvum et Integrum Jus advitalitium
ipsi conservabimus quod et Serni Successores Nostri
præstabunt. Ratione cujus Advitalitatis solitam
Proventuum Partem de hocce Capitaneatu proveni-
entem quotannis ad Thesaurum Regni inferre te-
nebitur. Juribus Nris Regalibus Reipublicæ et Ec-
clesiæ Sæ Romanæ Catholicæ salvis manentibus. In
quorum fidem, per manu Nra subscriptas, Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die X Men-

Sis

sis Decembris Anno Domini MDCCXXV. Regni
Nostri Anno III Consensus ceden de Capitaneatu
Plocen cum Jurisdictione Jnāe Antonio Dembowskii
Referendario Regni in Personam Generosi Mathiæ
Dembowskii Dapiferi Plocen Fratris sui. Augustus
Rex. Locus Sigilli Minoris Regni Joannes Vol-
ski Notarius Castren Chencinen Sē Rē Mtis Sigilli
Minoris Regni Secretarius mp Jam exnunc et de facto
de omni Jure suo Advitalitio quod sibi Recognoscen
super memoratum Capitaneatum Nostrum Plocen
cum Jurisdictione servit et competit et hucusq ser-
viebat et competebat in Personam sæpedicti Jnōsi
Mathiæ Dembowskii Dapiferi Plocen cessit abscessit
et condescendit prout quidem psentibus tam de dicta
Advitalitate Privilegijs ac Juribus suis quam de ipso
Capitaneatu cum Jurisdictione atq Oppido Plońsk omni-
busq Villis, Prædiis, Curijs, ædificiis, Structuris, A-
gris, Pratis, Campis, Sylvis, Nemoribus, Fluviis, flu-
minibus, Stagnis, Piscinis, Molendinis, Tabernis,
Subditis eorumq Laboribus, Censibus, Dationibus
Commodis et emolumentis cunctisq attinen et Perti-
nen ad hunc Capitaneatum antiquitus spectantibq,
nihil pro se, aut pro quopiam alio reservando et
prædistodien, ita late longe et circumferentialiter
prout Idem Capitaneatus in suis Metis et Limitibq
continetur et prout eundem ipsemet Recognoscend
tenebat habebat et possidebat tenereq et possidere
debebat cedit, condescendit dimittit et plenarie ad
tenen habendum et possidendum resignat, omneq
jus suum Advitalitium possessionem et usum fru-
ctum in eundem Generosum Mathiam Dembowskii
transfert et transportat. Jntromissionem Realem
et Actualem cum Pacifica Possessione per Minis-
rialem Regni Jnālem et Duos nobiles seu alibquo-
vis modo Juridice quandocunq voluerit in præfatu
Capitaneatum Plocensem conferendum eidem Jno-
so Mathiæ Dembowskii præsentibus dat, confert,

et

libere admittit. Datamq et admissam nec perse nec
per quascvis submissas et subordinatas Personas
præsentiarum aut impugnaturum qui nimoeamq
admissurum sese inscribit et obligat. Hac ipsius
personali Recognitione ad ꝑmissa mediante pro Ma-
jori vere firmitate manu propria sese subscripsit
Ant: Sebast. Dembowski Referendarius Regni
Quam Cjusmodi Inscriptionem Cessionariam sicut
ꝑmissum factam et recognitam nos firmam ac de
jure validam haberi volen eandem ad Acta ꝓsen
suscipi Inscribi et ex ijsd fideliter descriptam Parti
Postulanti Authentice extradi permisimus. Inquo-
rum fidem et Actum ut sup

Edit de Bonis Jeziornae et Olx-
Ew Tzyn in Terra Varsaviensi Je-
nerosus Dembowski Referendari-
us Regni Jeneroso Mathia Dem-
bowski Dapifero Ploccensi Fratri
suo.

Augustus Tertius &c

Significamus &c Quod coram Actis ꝓsen Metrices
Regni Cancellaria nostra Majoris comparens Per-
sonaliter Inosus Antonius Sebastianus Dembo-
wski Referend Regni sanus mente et Corpore
existens recedendo a Toro Terris et Jurisdictioni-
bus suis quibusvis proprijs huic autem Jurisdictioni
Nostrae Regiae quoad infrascripta Recognoscenda
attinet Sese subjiciendo et incorporando palam li-
bere ac benevole recognovit et ꝓsentibus recognovit.
Quia ipse inhaerendo Literis Consensus Nostri Re-
gij ad cedendum de Villa Jeziorna et Olszeszyn
in Terra Varsavien sibi ipsi gratiose a Nobis
concessis ad ꝓsens in suo Originali illaso manu Nra

Regia

Regia subscripto et Sigillo Minori Regni commu=
nitt, exhibitis, Tenoris Sequentis. Augustus Ter=
tius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Li=
thuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ,
Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ,
Smolenciæ Severiæ, Czerniechoviæq nec non Hære=
ditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector &c Signi=
ficamus Præsentibus Literis Nostris quorum Inte=
rest Universis et singulis, Consensisse Nos et per=
misisse consentireq et permittere Prænob Antonio
Sebastiano Dembowski Referendario Regni ut
possit et valeat de omni et integro Jure suo Ad=
vitalitio quod ipsi super Villa Jeziorna et Kurze=
szyn in Terra Varsaviensi sita servit et competit
cedere illudq in Personam Prænobi Mathiæ Dem=
bowski Dapiferi Plocensis transferre et transfunde=
re. Qua quidem Cessio, Juriumq Transfusio postea=
quam coram Actis quibuscunq Regni Authenti=
cis facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et
firmam habituri sumus, uti eamq quæ vi
hocce Consensu Nostro peragetur. Vigore cujus
Cessionis præsentisq Consensus Nostri præfa=
tus Generosus Mathias Dembowski dictam
Villam Jeziorna cum omnibus Prædijs Ædificiis
Agris, Pratis, Campis, Sylvis, Fluviis, Stagnis,
Piscinis, Molendinis Tabernis Subditis eorumq
Laboribus, Censibus, Dationibus, Commodis et Emo=
lumentis cunctisq attinen et pertinen quibus=
cunq Specialibus nullis penitus exceptis
tenebit, habebit, et possidebit ad extremam vitæ
sue Tempora. Promittimus autem pro Nobis
et Serenissimis Successoribus Nris, Nos esse Nos
Sorēmodq Successores Nostros Memoratem Prænum
Mathiam Dembōskii ab usu et pacifica Possessio=
ne dictæ Villæ Jeziorna amoturos aut alienatu=
ros neminiq amovendi aut alienandi potestatem
daturos Sed salvum et integrum Jus Advitali=

um

tium ipsi conservaturos quod et Serenissimi Successo-
res Nostri præstabunt. Ratione cujus advitali-
tatis solitam Proventuum Quartam quotan-
nis ad Thesaurum Regni inferre tenebitur.
Juribus nostris Regalibus Reipublicæ et Eccle-
siæ Romanæ Catholicæ salvis manentibus.
In quorum Fidem per Manu Nostra subscras
Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsa-
viæ die x Mensis Decembris Anno Domini
MDCCXXXV Regni Nostri Anno III. Consen-
cedendi de Villa Jeziorna cum Okrzeszyn in Ter-
ra Varsavien Joanni Antonio Dembowski Refe-
rendario Regni in Personam Joannis Mathiæ
Dembowski Dapiferi Plocen Fratris sui. Au-
gustus Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Joan-
nes Wolski Notarius Castrens Cracovien Mtis
Mtis Sigilli Minoris Regni Secretarius. Jam ex-
nunc et de facto de omni et integro jure suo advitali-
tio quod sibi Recognoscenti super memoratam Vil-
lam Jeziorno et Okrzeszyn in Terra Varsavien
situ servit et competit et hucusq serviebat et com-
petebat in Personam Joannis Mathiæ
Dembowski Dapiferi Plocen decessit, abscessit et con-
descendit prout quidem presentibus tam de pra-
dicta advitalitate Privilegiis et Juribus suis
quam de ipsis Bonis Villa Jeziorna et Okrze-
szyno, Prædijs, Curijs, ædificijs Structuris Agris
Pratis Campis Sylvis, fluvijs Stagnis piscinis
Molendinis Tabernis Subditis eorumq Laberib
censibus Dationibus Commodis et Emolumentis
cunctis ad hinc pertinentijs et pertinentijs ad hæc Ba-
na ab Antiquo spectan nihil quidquam prorsus
aut pro quopiam alio reservando et plus tuden-
de verum ita late et longe prout eadq Bona in suis
metis et limitibus continentur et prout eadq Joannes
Recognoscens tenebat et possidebat tenere et pos-

videre

videre debebat, Cedit abscedit dimittit et plena-
rie ad tenend habend et possiden resignat omneq
jus suum advitalitium possessionem et Usum
fructum in eundem Jñõtum Mathiam Dem-
bowski transfert transfundit et transportat.
Jntromissionem Realem et Actualem cum Pari-
fica possessione per Ministerialem Regni Jñãtem
et Duos Nobiles quandocung voluerit in eanden
Villam Jezioma et Olszestyn dandam et conse-
rendam Eidem Jñoso Mathiae Dembowski pre-
sentibus dat, confert et libere admittit, datamq
et admissam nec per se nec per quascunq submis-
sas et subordinatas Personas prospecturum
aut impugnaturum obligat et in omnibus
Bonis suis inscribit atq assecurat. Hac ipsius
Personali Recognitione ad Jñissa mediante
pro Majori vero firmitate manu propria
se se subscripsit. Ant: Sebast: Dembowski Re-
ferendarius Regni mp. Cuam Ejusmodi Jnscri-
ptionem Cessionariam sicut praemissum factam
et Recognitam Nos firmam ac de Jure validam
haberi volend eandem ad Acta Qlend suscipi
inscribi et ex Jisdem fideliter descriptam Par-
ti Postulanti Authentice extradi permisimus.
Jnquorum fidem &c Actum ut sup

Edit de Tenuta Tymba- VS.
vien in Palatinatu Raco-
viensi Generosus Dembo-
wski Referendarius in Per-
sonam Generosi Stephani
Dembowski Filij sui

Augustus

Augustus Tertius &c
Significamus &c Quod coram Actis p̃sen̄ Me-
tricos Regni Cancellaria Nostra Majoris
comparens personaliter Generosus Antonig
Sebastianus Dembowski Referendarius
Regni vanus mente et corpore existens rece-
dendo a Foro Terris et Jurisdictionibus suis
quibusvis propriis, huicautem Jurisdictioni
Nostrae Regiae quo ad infrascra Recognoscen
tinet se subjiciendo et incorperando
palam Libere ac benevole recognovit et
p̃sentibus recognoscit. Quia ipse inhaerendo
Literis consensus Nostri Regij ipsi adeden-
dum de Tenuta Tymbarien in Palatinatu
Cracovien a nobis gratiose concessis. manu
Nra Regia subscras et Sigillo minori Re-
gni communitt ad p̃sens in suo Originali
illaso exhibitis. Tenoris sequentis. Augu-
stus Tertius Dei gratia Rex Poloniae, Ma-
gnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae Ma-
soviae Samogitiae Kijoviae Volhyniae, Podliae,
Podlachiae Livoniae, Smolenscii, Severiae, Cer-
niechoviae nec non Hereditarius Dux Sa-
xoniae et Princeps Elector &c, Significamus
p̃sentibus Literis Nostris quorum interest
Universis et Singulis Consensisse Nos et permi-
sisse consentireq et permittere Jnoso Anto-
nio Sebastiano Dembowski Referendario
Regni ut possit et valeat de omni et Inte-
gro Jure suo advitalitio quod ipsi super
Tenuta Tymbarien in Palatinatu Cracovi-
en sita servit et competit cedere illudq in
Personam Jnosi Stephani Dembowski Filii
sui transferre et Transfundere. Quodquidem
Cessio, Jurisq Transfusio postequam coram

Actis

Actis quibuscunq Regni Authenticis facta
et Recognita fuerit Nos eam ratam et firmam
habituri sumus vti eam quæ præsentis Cessionis
consensu Nostro peragetur. Vigore cujus
tus Joannes Stephanus Dembolenski dictam
Tenutam Tymbarien cum Oppido Tymbark
omnibus Villis, Prædiis, Curiis, ædificiis Bru-
cturis, Agris, Pratis, Campis, Sylvis, Nemoribus
Fluviis, Fluminibus, Stagnis, Piscinis, No-
lendinis Tabernis, Subditis, eorum laboribus
censibus, Dationibus, Commodis et Emolumen-
tis cunctis attinen et pertinen eo antiqui-
tus spectantibus, nullis penitus exceptis tene-
bit, habebit et possidebit ad extrema vitæ sue
Tempora. Promittimus autem pro Nobis et
Serenissimis Successoribus Nostris, Nos esse Nos
Serenissimosq Successores Nostros memoratum
Joannem Stephanum Dembowski ab usu
et pacifica possessione Dictæ Tenutæ Tymba-
rien haud turos aut alienaturos, neminiq a-
movendi aut alienandi potestatem daturos
sed salvum et Integrum Jus suum adVitali-
tium ipsi conservaturos quod et Serenmi Suc-
cessores Nri præstabunt. Ratione cujus Ad-
vitalitatis solitam Proventuum Quartam
quotannis ad Thesaurum Regni inferre
tenebitur. Juribus nostris Regalibus Reipu-
blicæ et Ecclesiæ Sanctæ Catholicæ salvis ma-
nentibus. In quorum fidem præsent manu Nra
Subscripas Sigillo minori Regni communiri
jussimus. Datum Varsaviæ die X Mensis
Decembris Anno Domini MDCCXXXV. Re-
gni vero Nostri III Anno. Consensus Vendi-
tionis Tenutæ Tymbarien in Palatinatu Cracovi-

ensi

ensi Jnoso Antonio Dembowski Referendario
Regni in Personam Jñõsi Stephani Dembõski
Filij sui. Augustus Rex. Locus Sigilli Mino-
ris Regni, Joannes Wolski Notarius Castren
Chenciensis Ac Regalis Sigilli minoris Regni Se-
cretarius ppa Jam ex nunc et de facto de omni et
integro Jure suo Advitalitio quod Sibi Reco-
gnoscenti super Tenutam Tymbarki in Palatu
Cracoviensi sitam servit, et competit et hucusq
serviebat et competebat in Personam prefate
Jnosi Stephani Dembowski Filij sui cessit abces-
sit et condescendit prout quidem presentibus
tam de predicta advitalitate Privilegiis
et Juribus suis quam de ipsa Tenuta Tymbarien
cum Oppido Tymbarki, omnibusq Villis, Predijs,
Arijs, edificijs, Structuris, Agris, Pratis, Campis,
Sylvis Nemoribus, Fluvijs, fluminibus, Stagnis,
Piscinis, molendinis, Tabernis, subditis eorumq
Laboribus, Censibus, Dationibus, Commodis et
Emolumentis cunctisq attinen et pertinen ad
hanc Tenutam ab Antiquo spectan nullis pe-
nitus pro se, aut quopiam alio reservando et
ptustoclien verum ita late et longe prout ead
Tenuta in suis Metis et Limitibus continetur,
et prout eandem ipsemet Recognoscens tene-
bat et possidebat, teneregq et possidere debebat
cedit, abscedit, dimittit, et plenarie ad tenendu
habendum et possidendum resignat. Omneq
jus suum Advitalitium Possessionem et Usum
Fructum in eundem Jnõsum Stephanum
Dembowski Filium suum transfert, transfun-
dit et transportat. Jntromissionem Realem
et Actualem cum Pacifica Possessione per
Ministerialem Regni fratem et Duos Nobi-
les quandocunq voluerit in eandem Tenutam
Tymbarien sem dandam et conferendam prefa-

to

to Jnoso Stephano Dembowski presentibus dat.
confert et libere admittit Datamq et admissam
nec per se nec per quasvis submissas et subordi=
natas Personas se prapediturum ac impugna=
turum obligat ac in omnibus Bonis suis inscribit
et assecurat. Hac ipsius personali Recognitio=
ne ad premissa mediante. Pro Majori vero firmita=
te manu propria sese subscripsit Ant Sebast. Dem=
bowski Referendarius Regni Quam Jus=
modi Jnscriptionem Cessionariam sicut premis=
sum factam et recognitam nos firmamq de
jure validam haberi volen eandem ad Acta
psen suscipi Jnscribi et ex Jisdem fideliter de=
scriptam Parti Postulanti authentice extradi
permisimus, Jnquorum fidem ac Actum ut sup

Edit de Tenuta Będzinen
Jnsti Dembowski Refe= Ejus
rendarius Regni in Persona
Jnōsi Joannis Dembowski
Filij sui.

Augustus Tertius &c

Significamus &c Quod coram Actis psen Matricu=
Regni Cancellariā Nrā Majoris comparen Per=
sonaliter Jnōsus Antonius Sebastianus Demb
owski Referendarius Regni sanus mente et corpo=
re existens recedendo a fero Terris et Jurisdi=
ctionibus suis quibuscvis proprijs huic au=
tem Jurisdictioni Nrā Regiā quo ad infra=
scripta Recognoscen attinet se se subjicien
et incorporando pactam Libere ac benevole re=
cognovit et pentibus Recognoscit. Quia ipse
intuendo Literis Consensus Nostri Regijs sibi

Recepto

Recognoscenti ad cedendum de Tenuta Bydzinensi
in Paltu Cracovien sibi gratiose a Nobis datis
Ad quem in suo Originali Illas exhibitis Tenoris
Sequentis. Augustus Tertius Dei gratia Rex Polo-
nie, Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie,
Masovie, Samogitie Kijovie, Valhynie Podo-
lie Podlachie, Livonie, Smolenscie, Severie Czernie-
chovieq; nec non Hereditarius Dux Saxonie et Prin-
ceps Elector &c Significamus Quibus expedit Literis
Nostris, quorum interest Universis et Singulis.
Consensisse Nos et permittere Quod Nos Antonio Sebastiano Dembowski Re-
ferendario Regni ut possit et valeat de omni
et integro jure suo advitalitio quod ipsi de-
per Tenuta Bydzinensi in Paltu Cracovien si
sita servit et competit cedere, illudq; in Perso-
nam Nobilis Joannis Dembowski Filii sui
transferre et transfundere. Quod quidem ces-
sio juris q; Transfusio postea quam coram Actis
quibuscunq; Regni Authenticis facta et Reco-
gnita fuerit Nos eam ratam et firmam habi
turi sumus, utique quod quo vis modo Consensus
Nro peragetur. Vigere cujus Cessionis Tenoris
Consensus nostri Praefatus Nobis Joannes
Dembowski dictam Villam Bydzinensem cum
Oppido Bydzin omnibusq; Villis, Praediis, Curijs,
Aedificiis, Structuris, Agris, Pratis, Campis,
Sylvis, Nemoribus, Fluviis, Fluminibus, Sta-
gnis, Piscinis Molendinis, Tabernis, Subditis
eorumq; Laboribus Censibus Rationibus Com-
modis et Emolumentis cunctisq; attinen et
pertinen eo antiquitus spectantibus nullis
penitus exceptis, tenebit habebit, et possi de-
bit ad extrema vitae sua Tempora. Promitti-
mus autem pro Nobis et Serenis Successoribus
Nris

ris, non esse Nos Serenissimos y Successores Nostros Memoratum Jnosum Joannem Dembowslii ab usu et pacifica Possessione dicte Tenute Bedzinensis amoturos aut alienaturos neminy amovendi aut alienandi potestatem daturos sed salvum et Jntegrum Jus suum advitalitium ipsi conservaturos quod et Serenissimi Successores Nostri Observabunt. Ratione cujus advitalitatis Solitam Proventuum Quartam quot annis ad Thesaurum Regni inferre tenebitur. Juribus nostris Regalibus Reipce et Ecclesiæ Sæ Romanæ Catholicæ salvis manentibus. Jn quorum fidem Jsend manu Nra subcrtas Sigillo Regni communiri jussimy. Datum Varsaviæ die x Mensis Decembris Anno Domini MDCCXXXV Regni Nri III Anno.

Consensus cedendi de Tenuta Bzdzinen in Palatu Cracovien Jnoso Antonio Dembowslii Filij sui.

Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Regni, Joannes Woldii Notarius Castren Chycinen et Sacræ Mtis Sigilli Minoris Regni Secretarius mpp

Jam exnunc et de facto de omni et Jntegro Jure suo Advitalitio quod sibi Recognoscendo supmemoratam Tenutam Bzdzinen in Palatu Cracovien sitt, servit et competit, et hucusq servivebat et competebat in Personam præfati Generosi Joannis Dembowslii Filij sui cessit abscessit et condescendit, prout quidem Jsentibytam de prædicta advitalitate Privilegijs et Juribus suis quam de ipsa Tenuta Bzdzinensi cum Oppido Bzdzin, omnibusq Villis, Prædijs, Curijs, ædificijs, Structuris, Agris, Pratis, Campis, Sylvis, Nemoribus, Fluvijs, Fluminibus, Stagnis, Piscinis, Molendinis, Tabernis Subditis eorumq Laboribus, Censibus, Dationibus Commodis et emolumentis cunctisq attinend

et per

ad eandem Tenutam antiquitus spectand nihil-
quidquam prosc, aut proquopiam alio reservan-
do aut præcustodiendo verum ita late longe prout
eadem Tenuta in suis metis et Limitibus conti-
netur et prout eandem ipsemet Recognoscens te-
nebat et possidebat, tenereq et possidere debebat
cedit absedit Dimittit et plenarie ad tenendum
habendum et possidendum resignat. Omneq jus
suum Advitalitium Possessionem et usum fru-
ctum in eundem Generosum Joannem Dembōßki
transfert, transfundit et transportat. Intromis-
sionem Realem et actualem cum pacifica Possi-
sione per Ministerialem Regni Generalem et
Duo: Nobiles in eandem Tenutam Będzinen
dandam et conferendam jam exnunc Eidem Joan
ni Dembowski presentibus dat, confert et
libere admittit, Datamq et admissam nec per se
nec per quasvis submissas et subordinatas Per-
sonas se præpediturum ac interturbaturum in
et super omnibus Bonis suis obligat et asserat
Hac ipsius Personali Recognitione ad premissa
mediante. Pro majori vero firmitate manu pro-
pria sese subscripsit, Ant. Sebast: Dembowski
Referendarius Regni mpp Quam Ejusmodi Inscriptio-
nem Cessionariam sic ut premittum factam
Vos firmam ac de Jure validam haberi volen
eandem ad Acta Ossen suscipi Inscribi et ex fide
fideliter descriptam Parti Postulanti Authenti-
ce extradi permisimus. Inquorum fidem &c

Extra Cedit de Advocatia in Oppido
Będzin Ignosus Antonius
Dembowski Referendarius
Regni

Regni in Personam Generosi Joannis Dembowski Filij sui.

Augustus Tertius &c

Significamus &c Quod coram Actis Gen Metricos Regni Cancellaria nostra Majoris comparens Personaliter Generosus Antonius Sebastianus Dembowski Referendarius Regni sanus mente et Corpore existens recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis huic autem Jurisdictioni nostre Regiæ quo ad infrascripta Recognoscen attinet se subjiciendo et incorporando palam libere ac benevole recognovit et Gen Recognoscit, Quia ipse inhærendo Literis Consensus Ser Regij sibi Recognoscend adcedendum de Advocatia Będzinen Gratiose a nobis concessis manu Nra Regiæ subscriis et Sigillo Minori Regni communitis ad Gens in suo Originali illoso exhibitis Tenoris sequentis. Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolen, Severiæ, Czerniechoviæq nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector &c Significamus præsentibus Literis nostris quorum interest Universis et Singulis. Consensisse Nos et permisisse consentireq et permittere Gnõso Antonio Sebastiano Dembowski Referendario Regni ut possit et valeat de omni et Integro Jure suo Advitalitio quod ipsi super Advocatia Będzinen in Palatinatu Cracoviensi competit cedere, illudq in Personam Gnosi Joannis Dembowski Filii sui transferre et transfundere, Quidquidem Cessio Juriisq Transfusio postaquam coram Actis quibuscunq Regni authenticis facta et Recognita

gnita fuerit, Nos eam Ratam et firmam habituri
sumus uti eam quod previo hocce Consensu Nro
peragetur. Vigore cujus Cessionis presentisq
Consensus Nostri Ptatus Generosus Joannes Dem-
bowski dictam Advocatiam in Oppido Będzin
cum omnibus Prædijs, ædificiis, Agris, Pratis,
Campis, Sylvis, fluviis Stagnis, Piscinis, Molen-
dinis, Tabernis, Subditis eorum Laboribus, Cen-
sibus, Dationibus, Commodis et Emolumentis, cun-
ctisq attinen et pertinentiis ex antiquitus spectan-
tibus nullis penitus exceptis tenebit, habebit
et possidebit ad extrema vitæ sud Tempora. Pro-
mittimus autem pro Nobis et Serenis Successoribus
nostris non esse Nos Serenosq Successores Nostros me-
moratum Jnclytum Joannem Dembowski abusu
et pacifica Possessione dictæ Advocatiæ Będzinen
amoturos aut alienaturos, neminiq amovendi
aut alienandi potestatem daturos sed sal-
vum et Jntegrum jus Advitalitium ipsi conser-
vaturos quod et Serenissimi Successores nostri præsta-
bunt. Ratione cujus Advitalitatis solitam Pro-
ventuum Quartam, quotannis ad Thesaurum
Regni inferre tenebitur. Juribus nostris Re-
galibus Regiæ et Ecclesiæ Sanctæ Romanæ Catholi-
cæ salvis manentibus. Jnquorum fidem præsen
manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiri
jussimus Datum Varsaviæ die 1 Mensis De-
cembris Anno Dñi MDCCXXXV Regni vero
Nostri III Anno. Consensus cedendi de Advoca-
tia Będzinen in Palatinatu Cracovien Jnclyto
Antonio Dembowski Referendario Regni in-
Personam Jnclyti Joannis Dembowski Filij sui.
Augustus Rex Locus Sigilli Minoris Regni
Joannes Wolski Notarius Castrens Grodi-
nen Sanctæ Regiæ Millis et Sigilli Minoris Regni
Secretarius mpp Jam exnunc et de facto de
omni et Jntegro Jure suo Advitalitio quod

Sibi

Sibi Recognoscenti super Advocatiam Bendzi:
non in Palatinatu Cracovien sitam servit et
competit ad hucusq serviebat et competebat in
Personam Ofati Jnosi Joannis Dembowskii Filij
sui cessit, absc[illegible]lt et condescendit, proit quidem pre-
sentibus tam de dicta Advitalitate, Privilegio et
Juribus suis, quam de ipsa Advocatia in Oppido
Będzin cum omnibus Prędijs Curijs, ędificijs, A-
gris, Pratis Campis Sylvis, Fluvijs Stagnis, Pisci-
nis, Molendinis, Tabernis, Subditis eorumq Labori-
bus, Censibus, Dationibus Commodis et Emolumentis
cunctisq attinentijs et pertinentijs ad han Advocati-
am antiquitus spectand Nihil quidquam prorsc, aut
pro quopiam reservando et quustodiendo verum ita
late et longe prout Ofata Advocatia in suis Metis
et Limitibus continetur, et prout eandem ipse met
Recognoscons tenebat et possidebat, tenereq et possi-
dere debuit, cedit, abscedit dimittit ac pro tempore
ad tenendum habendum et possidendum resignat.
Omnesq Jus Sum Advitalitium Possessionem
et Usum, fructum, in eundem Jnosum Joannem
Dembowskii, transfert transfundit et transpor-
tat. Jntromissionem Realem et Actualem cum
pacifica Possessionem per Ministerialem Regni
Jnrem et Duos Nobles quandocunq voluerit
